

### Démasqué par un parfum – p. 74

CLEOSTRATA – Vnde hic, amabo, unguenta olent ?

LYSIDAMUS – Oh ! perii. Vt te bonus Mercurius perdat, myropola, quia haec mihi dedisti !

CLE. – Eho tu, nihili, cana culex ! Vix teneor, quin quae decent te dicam. Senecta aetate, unguentatus, per vias, ignave incedis ?

LY. – Pol ego amico dedi cuidam operam, dum emit unguenta.

CLE. – Vt cito commentust ! Ecquid te pudet ?

LY. – Omnia quae tu vis.

CLE. – Vbi in lustra jacuisti ?

LY. – Egone in lustra ?

CLE. – Scio plus quam tu me arbitraris.

LY. – Quid id est ? quid tu scis ?

CLE. – Te sene omnium senem neminem esse ignaviorem.

PLAUTE, *Casina*, v. 236-244.